

in communi vivunt, et solemnia vota pronunciant, et clausuræ pontificiæ subiciantur. Hac in re juvat ipsis verbis referre, quod in folio legebatur, quippe praxim S. C. quæ modo viget, perbelle declarans: « Ma non ostante tale disposizione di S. Pio V. sono stati tolerati i monasteri di voti semplici e senza clausura, e specialmente dopo le ultime vicende la S. Sede ha approvati vari Istituti di voti semplici, anzi per alcuni luoghi, attese le particolari circostanze, ha dichiarato, che i voti delle monache non possono essere solenni, finchè la S. Sede non disporrà diversamente. »

Proposito igitur dubio in plenario auditorio diei 6. Dec. 1839. « Se si abbia a supplicare sua Santità acciocchè voglia degnarsi accordare l'opportuno permesso alle monache Carmelitane di Ravenna di emettere i voti solenni, ed autorizzare l'Emo Arcivescovo a prescrivere la clausura papale? »

Emin. Patres rescripserunt: « *Affirmative* in omnibus, ita tamen ut recipiantur vota a monialibus existentibus jam professis, quæ sponte ea emittere velint; et in futurum recipiantur solemnia ab omnibus Novitiis. Emin. vero Archiepiscopus publicare faciat hoc rescriptum in monasterio. »

(4 R. P. D. Episcopus Policastrensis fundavit, dotavitque, accedente apostolica venia, Religiosarum monasterium, a quibus vota solemnia emittebantur, et Regulæ observantur a S. Alphonso de Liguori conditæ. Sanctimonialia sunt numero viginti, et fervidæ in observantiæ regularis studio. Cœnobium mœnibus altissimis præinctum loco amœnissimum est, neque destitutum commoditatibus, et sufficientibus redditibus, qui imo magis magisque augeri debebant ex accessione dotium, quas puellæ conferre debuissent. Monasterio hortus inhæret satis amplius ac vastus.

His positis, Episcopus, etiam nomine Re-

CLERICUS.

S. CONGREGATIONIS RITUM DECRETA.

(1. Proposito dubio S. R. C. an Clerici sæculares Alumni Collegii Civitatis Pragen. præcedere debeant Regulares ejusdem civitatis; decisum fuit: « Che detti chierici Secolari Alunni, como parte del Clero, devono in tutte le Processioni andar uniti con esso clero, e per conseguenza precedere alli Regulari. » Die 6. Augusti 1590.

(2. Cum Magister Chori Ecclesiæ Lauretanæ sit conjugatus, supplicatum est S. Rituum Congregationi, ut declaret: An liceat eidem intonare, et legere Antiphonas, Capitula, et alias similes functiones facere? Quæ Sac. Congregatio censuit: « Quod si Magister Cappellæ est Clericus, et in habitu Clericali incedit, id facere non prohibetur; sin autem contra, curet Episcopus, ut absteat. » Die 20. Februarii 1592.

(3. Num in officio Cathedrali Gadicensi, et Clericis ejusdem Choro tantum adscitis concessio, nomine, et privilegio dictorum Clericorum Cathedralis gaudere possint Clerici Curati in eadem Ecclesia curam Animarum

ligiosarum implorabat, ut firma remanente simplicium votorum professione, papalis clausura institueretur.

En autem, quæ in apposito folio legitur: « Questa Sacra Congregazione nell'adunanza generale del 22. prossimo passato Febbrajo ad una simile istanza della Superiora delle Salesiane di Reggio in Calabria rescribbe: » « Firma remanente professione votorum Semplicium, « annuendum esse pro gratia impositionis « clausuræ papalis: » « Talerisolutione poi fu approvata dalla Santità di N. S. E di fatti egli è certo che i Vescovi possono imporre la clausura vescovile ne' monasteri, ove si emettono i voti semplici, per custodire quelle Sacre Vergini; e per impedire gl'inconvenienti che ne potrebbero nascere dal libero accesso. »

« La Clausura Papale differisce dalla Vescovile in questo, che non è dispensabile dal Vescovo, e per conseguenza non è così connessa coi voti solenni, che non si possa senza i medesimi, prescrivere, essendo stato da S. Pio V. stabilito soltanto, che non vi debbono essere voti solenni senza clausura papale, ma non viceversa; d'altronde la medesima in un modo più efficace provvide alla sicurezza delle Religiose e tende ad una maggiore perfezione. »

« Non può peraltro negarsi che dessa induce un vincolo assai forte, e che comunemente non è in uso nei Monasteri di voti semplici. »

Itaque in plenario auditorio dictæ diei 6. Decemb. 1839. una cum allata Ravennatensi proposita hæc consultatio cum dubio:

Se e come abbia ad annuirsi alle preci di Monsignor Vescovo di Policastro?

Emin. Patres rescribendum censuerunt: « *Affirmative*, ut in Rhegiensi, accedente consensu omnium monialium vocalium per vota secreta »

exercentes, qui quidem eidem Choro de rigore non sunt adscripti: S. R. C. censuit rescribendum: Servetur Decretum S. R. C. die 30. Augusti 1602. nempe, Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiæ, non tamen obligati Choro, non tenentur recitare Officia, quæ in Choro propria dicuntur: die 26. Augusti 1752. Ad 4.

(4. S. R. C. *Affirmative* responderi censuit ad dubium, an simplex Clericus, qui obtinuit Canonicatum in eadem Ecclesia Collegiata, cui adnexus est titulus Thesaurarii, et proinde pro tertia Dignitate in Ecclesia Collegiata S. Petri Drepani Diocesis Mazavien. habeatur, præcedere debeat tam in Choro, quam in Processionibus aliis Canonicis Presbyteratus Ordine insignitis, et locum suæ Dignitati proprium obtinere ac servare. die 11. Decembris 1773. ad 1.

(5. Ad dubium, utrum, non obstante sex annorum lapsu ante Seminarium Apuani suppressionem, et duorum, vel trium mensium post ejusdem instaurationem, quo Clerici Seminarium in Processionibus Crucem Capituli immediate sequebantur, Parochi uniuscujus-

que Parocciæ jus habeant exigendi, ut præfati Seminarium Clerici non amplius Capitularum, sed respectivam Parochorum Crucem sequantur; S. R. C. negative censuit rescribendum. die 8. Martii 1825. Ad 2.

(6. Porrectis per Canonicos Collegiata Ecclesiæ Assumptionis B. M. V. Oppidi Luniani, Diocesis Amerinæ precibus pro declaratione Dubii: An extra casum necessitatis possit permitti a Superioribus, ut Canonicus constitutus in minoribus Ordinibus cantet Epistolam in Missis solemnibus paratus absque manipulo, S. R. C. rescribendum censuit: Negative, et Episcopus curet abscondere consuetudinem tam in Cathedrali, quam in Collegiata: videlicet extra casum absolutæ et præcisæ necessitatis, non posse a Superiore permitti, ut Clericus in minoribus pro subdiacono suppleat in Missis solemnibus paratus sine manipulo, et pro hujusmodi effectu per Episcopum abscondendam esse consuetudinem tam in Cathedrali, ubi Clerico etiam extra casum necessitatis permittitur, se parare pro Subdiacono sine manipulo, quam in Collegiata, in qua induci vellet, ut Canonicus Clericus ministret Subdiacono sine manipulo, existentibus aliis Canonicis Diaconis et Presbyteris, ad quos de jure spectat supplere vices Canonici Clerici in Officio Subdiaconi. die 18. Decembris 1784.

(7. Ad dubium: Utrum tolerari possit, ut in Collegiata, cum in choro adsunt Beneficiati sacerdotes, unus in minoribus constitutus impleat onus suæ hebdomadæ in decantandis tantummodo Horis canonicis, vertendo versum *Dominus vobiscum*, in *Domine, exaudi orationem meam*. S. R. C. rescripsit: *Negative*: die 17. Septembris 1785. Ad 6.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Edictum Episcopi Tudertini diei 2. maii 1806. quoad interventum Clericorum ad nundinas exsequendum esse censuit Sacra Congregatio, nec moderandum, nisi de licentia Episcopi, gratis et singulis semestribus danda. In Tudertina Edicti die 12. Septem. 1807.

(2. Posse Episcopum Clericis prohibere ne cohabitent cum feminis quæ suspensionem non effugiunt, etsi consanguineis; exceptis tamen iis, quæ usque ad secundum gradum conjunctæ sunt juxta SS. Canonum Censuram, S. Congregatio respondit Clero Validensi, qui de hac lege ab Episcopo Nucerinolata conquerebatur. In Nucarina die 20. Decembris 1815. ad 2. Dubium.

(3. Eidemque ægre ferenti Episcopi legem in Synodo Nucarina latam, ut omnes Clerici extra Ecclesiam deferre deberent, excepto itineris casu, talares Vestes (permissio tamen hyberno tempore hyemali pallio cum manicis, et Collari nigri coloris,) responsum dedit posse Episcopum hanc legem proferre arbitrio et prudentia utentem, servata forma Sacri Concilii Tridentini, et Romani. Ibid. ad 3. Dub.

(4. Cum majora requisita, attentata dispositione tum juris tum voluntatis testatris,

concurrerent in Clerico Salvatore Pacetti, quam in Clerico Raymundo Anibaldi, illi censuit Sacra Congregatio dandam esse institutionem ad beneficium sub invocatione SS. Crucifixi in Ecclesia sita extra muros Montis Florum, ideoque non esse concedendam dispensationem super defectu ætatis, et institutionem Clerico Anibaldi. In Firmana Beneficii die 17. Februarii 1821.

(5. Quatuor patrimonia sacra ab Episcopo Montis Politiani piissima liberalitate constituta Sacra Congregatio approbavit juxta ejusdem Episcopi preces, nempe cum conditione a Clericis nominatis, qui et pauperes esse debent, specialiter excepta in actu nominationis, in eadem Diocesi permanendi, nec non illa amittendi, si alibi domicilium statuunt, postquam ab Ordinario moniti ad propriam Diocesim non remeaverint. In Montis Politiani Patrimonii Sacri die 21. Julii 1821.

(6. Cum hisce temporibus impossibile sit invenire qui juxta voluntatem Testatoris cautionem præstet pro Clericis pauperibus in Seminario Ferrariensi alendis, ut quod iis præstatum sit, reddant, si ad sacros Ordines non ascenderit; Sacra Congregatio commutando Testatoris voluntatem, delendam esse censuit cautionem tantum, et statuit, ut arbitrio Archiepiscopi onus aliquod alumnis recedentibus a Statu Ecclesiastico in suffragium ad formam testamenti imponatur, et eidem Archiepiscopo curæ commisit, ne admittantur, nisi habentes requisita Sacri Concilii Tridentini, et cognita mutatione eorum voluntatis, e Seminario dimittat, facto verbo cum SS. In Ferrarien Commutationis voluntatis die 20. Januarii 1821.

(7. Cum bini patrimonii legatum ab Andrea Montemaggi duobus sæcularibus Clericis relictum qualitatem pii legati laicalis Cappellanæ redoleret, necessariam non fuisse Canonicam institutionem pro conferendis patrimoniis Clerico Matteini ab legitimis patronis nominato, decreverunt EE. PP. salvis tamen juribus Episcopi ad formam Concilii Tridentini pro adimplemento pii Legati. In Arimin. Nominationis et institutionis die 26. Novem. 1836. ad 2. dub.

S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETA.

(1. In Sacra Congregatione Concilii diei 20. Septem. 1704. disceptata est hæc causa Trojana cum sequentibus dubiis: « 1. An simplices Sacerdotes nullum habentes beneficium in Cathedrali Trojana, nullumque ex ipsa retrahentes emolumentum teneantur assistere servitio dictæ Ecclesiæ singulis diebus de præcepto. 2. An constet de attentatis? 3. An suspensio a divinis lata contra Sacerdotes simplices substineatur. »

Quibus Emin. PP. rescribere dignati sunt: « Ad primum et secundum affirmative. Ad tertium negative, et ad Dominum Secretarium cum Agente Episcopi juxta mentem. »

Eadem causa iterum proposita fuit in Comitibus ejusdem Sacræ Congregationis diei

23 Junii 1742. limitata vero ad Capellanos sodalitatam, ut sequitur.

« 1. An quoad presbyteros Capellanos nuncupatos Confraternitatum SS. Annunciationis et S. Leonardi sit servanda Resolutio diei 20. Sept. 1704. seu potius isti teneantur, seu possint observare servitium, et alia quoad eosdem injuncta et stabilita in statutis dictarum Confraternitatum in casu? »

« 2. An iidem presbyteri seu Capellani teneantur Canonicis divina officia peragentibus inservire cum pluviali, vel in ministerio Diaconi vel Subdiaconi, vel alias, et quomodo in casu? »

« 3. An et qui teneantur ad expensas hujus litis in casu? »

« 4. An duobus Canonicis ad Urbem transmissis ad effectum adsistendi huic liti debeatur indultum absentiae et lucranda distributiones in casu »

« S. C. respondit. »

« Ad 1. Dilata, et proponatur Dubium super adsertis Statutis utriusque Confraternitatis, civitatis interesse habentibus, non retardato interim per presbyteros Capellanos servitio Cathedralis juxta Resolutionem anni 1704. »

« Ad 2. Servetur solitum. »

« Ad 3. Expensas detrahendas esse ex massa Capitulari. »

« Ad 4. Affirmative pro tempore a die discessus usque ad hodiernam, et ad alios quindecim tantum post praesentem Resolutionem pro reddito. »

Post haec anno 1773. die 20. Martii ex Tribunali Innocentiano A. C. decretum editum est, quo idipsum executioni mandandum jubebatur, et probabilissime hanc ob causam, quod S. C. Concilii suam illam declarationem Judici Innocentiano pro executione transmisserat. Subsequenti tempore sine querela res processerunt usque ad annum 1836. quo lis hactenus consopita acris exarsit.

Cum enim Episcopus tam per se, quam ex aliorum reclamacionibus deprehendisset, chorale servitium in Trojana Cathedrali adamussim non peragi, et potissimum tam ferialibus quam festis diebus Missam Conventualem sine Diaconi et Subdiaconi ministerio decantari, acriter hac de re monuit Canonicos, certumque dierum terminum iisdem suo decreto diei 10. Dec. 1836. praestituit, quo documenta exhiberent, quibus demonstrarent obligationem servitii praestandi in Cathedrali ad simplices Trojae Sacerdotes pertinere.

Tum Canonici exemplum Decreti Innocentiani protulerunt; quod cum quasi non authenticum, et aliis multis substantialibus defectibus referretur rejecisset, die 14. Aprilis 1837. decretum edidit, quo jussit. « Che dall'intimazione del presente decreto tutti i Canonici per giro siano tenuti di prestare l'

COADJUTOR.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1 Li di passati fu letto nella nostra Con-

assistenza di Diacono e Suddiacono nelle Messe cantate conventuali festive, e di più sempre che noi assistiamo parimenti alla Messa Conventuale due per volta, cominciandosi da più anziani. »

Contra hujusmodi decretum Canonici appellationem ad Sacram Congregationem Episcoporum et Regularium interjecerunt: ideoque sequens dubium, servato juris ordine, concordatum est. « An decreta Episcopi 10. Dec. 1836. et 14. Aprilis 1837. super adsistentia Ministrorum et Capellanorum in sacris peragentibus sint confirmanda vel infirmanda? »

Haec decreta infirmanda esse tuebantur Canonici tribus praesertim de causis. 1. *Dispensatione synodali*, qua Clericis et Sacerdotibus Trojanae Civitatis imponitur obligatio praestandae adsistentiae in sacris Cathedralis Ecclesiae. 2. *Immemorabili consuetudine*, quam testabatur ipsa Synodus, et resolutio S. C. C., de qua supra. 3. *Tandem ipsius hujus Resolutionis definitione, et Decreto, etc.*

E contra contendebat Episcopus hujusmodi obligationem Canonicis inhærere, et contrariam consuetudinem rejiciendam esse uti abusum et corruptelam.

Quod pertinet vero ad Canonicorum objecta replicabat, non esse in facultate Synodi simplicibus Sacerdotibus hanc obligationem imponere, ut definivit S. C. C. in Americana 13. Junii 1639, lib. 18, dec. p. 137, allatam consuetudinem illud ad summum importare, ut possit quidem Episcopus, si velit, Sacerdotes ad praestandam adsistentiam adigere; non vero idipsum possint Canonici, qui proinde lege, quae soli favet Episcopo, non possint ipsi frui; aliter enim esset contradictio inter ea quae statuunt DD. et S. C., tertio tandem Concilii declarationem favere similiter Episcopo dumtaxat, non autem Canonicis, qui nullam illam in causa gerebant personam. Tandem licet haec omnia aliqua fortasse ponderatione digna fuissent antequam ederentur statuta nuncupata: *Pii Stabilimenti*: quibus sodalitia SS. Annunciatæ et S. Leonardi in unum conjuncta fuerunt, et eorundem Capellanis imperatum est, ut diebus festis, et solemnioribus officium divinum cum sacris aliis functionibus celebrare teneantur; nunc tamen nullo pretio sunt habenda, cum Capellani materiali detineantur impedimento, ne Cathedrali intersint, et caeteroquin hujusmodi statuta sanctionem Pontificiam et Regiam cumulatissime obtinuerint. Igitur proposito super exscripto dubio in partium contradictione die 25. Sept. 1840. Emin. Patres rescripserunt. « Ad S. C. Concilii jam praeventum: nihil interim innovetur quoad servitium Cathedrali per presbyteros praestandum, juxta Resolutionem ejusdem Sacrae Congregationis Concilii. »

gregatione dei Sacri Riti un Memoriale circa la precedenza del Coadjutore di un Canonico di codesta Cattedrale di Brescia con tre

altri Canonici della stessa Chiesa. Intorno a che la suddetta Congregazione giudico, che il Coadjutore dovesse avere l'ultimo luogo in Coro dopo tutti i Canonici, e così fu scritto a V. S. che facesse osservare mandandole la lettera con il Memoriale, e Decreto. Ma perchè s'intende, che non ha ancora eseguito l'ordine datole per avere detto Coadjutore dormandato ricorso quà; però, non convenendo, che intanto la Chiesa resti priva del debito servizio, e in Coro abbia a nascere altro inconveniente, se le dice di nuovo, che senza dilazione alcuna faccia eseguire quanto per l'altra le fu ordinato, e che la Congregazione sin qui pensa avere giustamente provveduto: e se poi il Coadjutore ricorrerà quà, sarà inteso benignamente, et se sarà cosa rilevante prevederà conforme alla giustizia ec. Brixien. die 10. Octobr. 1592

(2. Patriarcha Aquileiensis Ecclesiae S. C. supplicat, ut declaret quis locus dandus sit Coadjutoribus Episcoporum Suffraganeorum in Synodo Provinciali? Et S. R. C. rescribendum censuit: Coadjutores cum futura successione in Synodo provinciali sedeant juxta tempus eorum promotionum. Die 30 Septembris 1596.

(3. Cum in Ecclesia Metropolitana Bononien. prima Dignitas sit Archidiaconatus, orta est controversia. An Archidiaconi moderni Coadjutore cum futura successione sedere debeat in choro in ultimo loco post omnes Dignitates, seu in ultimo loco post omnes Canonicos; et an, absente Archidiacono, idem Coadjutore illas functiones exercere possit, quas faceret, sive exerceret ipse Archidiaconus, si praesens esset? SS. Dominus Noster Benedictus XIV, re mature discussa, et audito Rom. Domino Cardinali Tamburino C. S. R. Praefecto, R. P. Ignatio Reali primo Sacrarum Cæremoniarum Magistro, meque Secretario, et perpensis Decretis Congregationis Sac. Rit. in similibus causis emanatis, censuit et declaravit. Primo: « Prædictum Archidiaconum Coadjutorem sedere debere post omnes Dignitates, et ante omnes Canonicos tam absente, quam praesente Coadjuto. Secundo: Absente vel impedito Archidiacono, ad Coadjutorem ipsius Archidiaconi, non ad alias Dignitates inferiores, vel Canonicos ejusdem Ecclesiae pertinere illas functiones, et actus exercere, quos faceret et exerceret ipse Archidiaconus, si praesens esset. » Et ita Sanctitas Sua in dicta Metropolitana Ecclesia Bononien. servari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Bononien. Die 15 Martii 1757.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Dubitatum est in S. C. an et quomodo Canonici Coadjutore alium substituere possint in chorale servitium Ecclesiae Collegiatæ Divi Petri juxta Capituli veterem consuetu-

dinem? respondit negative. Spoletana Servitii chori die 28 Februarii 1793, dub. 2.

(2. Quum Angelus Comolli Coadjutore Canonici J. Petri Aghina S. Mariae ad Martyres urbis suum Coadjutorem praemortuus esset, obtinuit a Pontifice Coadjutoriam Sacerdos Aloysius Jazi, cui cedere noluit Aghina distributiones quotidianas quas cessit primo Coadjutori Comollo, ut in Literis Apostolicis legitur *in favorem sui perpetui Coadjutoris cedere intendit*; propterea eamdem gratiam a suo Coadjuto petiit Jazius, et assequi non valuit, sed ut ex jure consequeretur. S. C. adiit, quæ censuit distributiones quotidianas competere Coadjutori Jazi. *Romana Distributionum quotidianarum* 23 Januar. 1796. Sed postea praevio recessu a decisis, Coadjuto competere resolvit, die 27 Aug. ejusd. anni

S. CONGREGATIONIS EPISCOPORUM ET REGULARIUM DECRETUM.

(1. Cum N. N. Coadjutoriam perpetuam cujusdam Parochiae a S. Sede obtinisset, praevia adprobatione pacti antea initi, ut Coadjutus integrum parochiae usufructum perciperet, postea novo inter utrumque contractu intercessito, quo Coadjutus in administrationem Coadjutori cederet omnia et singula bona parochiae cum conditione, ut Coadjutor parochiae fructus faceret suos, et coadjuto scutata decem in singulos menses, donec viveret, contribueret. Dubitatione itaque exorta, an hic contractus contrarius esset Constitution. apostolicis nempe vel Bullae Universalis Ben. XIV, an. 1741, XIX in suo Bullar., qua prohibetur vendere beneficiorum redditus aut ad vitam aut ad longum tempus per unam vel plures solutiones; vel Const. *Intolerabilis* Pii V, perinde ac ille contractus esset renunciatio cum reservatione pensionis, adeoque confidentiali Simonia infectus; vel denique Const. *Ambitiosa*, qua prohibetur beneficialium bonorum locatio ultra triennium; ex altera parte vero cum adnotaretur in casu particulari agi de contractu inter personas, quarum una possessiones, altera jus ad rem una Coadjuti vita suspensum obtineret; item parochia vel illiterato, vel seni (nam Coadjutus erat 80 annos natus et impotens regendae parochiae effectus) juxta ecclesiasticas leges coadjutorem cum congrua dandum esse, dubia concinnata sunt. « 1. Se, e come possa sostenersi la convenzione fatta in data 10 Genaro 1840, del Parroco N. N. col. suo coadjutore? » et quatenus negative. 2. « Se, e quale provvedimento prendere per la retta amministrazione dei beni della parrocchia? » S. C. Ep. et Reg. in Interamnen. super validitate Administrationis parochiae 18 Feb. 1842, resolvit. Ad primum « affirmative et ad mentem, mens est: Episcopus cogat Coadjutorem, ut praeter pensionem decem scut. addat congruam summam pro conductione domus parochialis. Ad. 2, provisum in primo. »

COEMETERIUM

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Cœmeterii ædificationem in Portu S. Georgii faciendam esse, in casu de quo agitur, sumptibus Communitatis, definitum fuit. Firmana Reædificationis Cœmeterii die 15 Januarii 1803.

(2. Declaravit S. C. non constare de bono jure favore Communitatis Oppidi Rivifrigidi sepeliendi cadavera in Ecclesia Abbatiali Sancti Georgii, cum probationes tanti non essent, ut in Ecclesia hanc servitatem inducerent. In Tyburtina die 15 Julii 1820, ad 1. Dub.

(3. Constitit in responsione ad 1. Dubium,

COGNATIO SPIRITUALIS.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. Ex baptismi reiteratione nulla prorsus oritur cognatio spiritualis inter patrum et rebaptizatam, ejusque parentes. Vent. Cog. Sp. die 8 Junii 1787, § 4.

Per catechismum ea cognatio spiritualis contrahitur, quæ matrimonium impedit. Ibid., § 7.

COLLEGIUM, COLLEGIATA.

S. CONGREGATIONIS RITUUM DECRETA.

(1. Propositum fuit: an scilicet Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis teneatur assistere, et in sede sine respaldo, seu *appoggio* sedere in aliis Ecclesiis, ad quas prædictus Episcopus adire contigerit? Sac. Rituum Congregatio censuit: « Supradictum Archidiaconum compelli posse per Episcopum Tirasonen. ut pontificaliter celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, non solum in Cathedrali, sed in præscriptis etiam Ecclesiis sibi assistat, et inserviat; eumque sic assistentem, ac ministrantem scabello, sive sella rasa, quam vocant, prout ministrum decet, contentum esse debere. Tirasonen. Die 28 Decembris 1594. »

(2. Delatis ad S. R. C. a Capitulo, Canonicis, et Portionariis Ecclesiæ Cathedralis Rapolensis nonnullis controversiis adversus Presbyteros Parochialis Ecclesiæ Arinigri ejusdem Diocesis super asserta erectione dictæ Ecclesiæ in Collegiatam auctoritate ordinaria, cum creatione Dignitatum, et Canonicorum; nec non usu Insignium pro iisdem Dignitatibus, et Canonicis, quorum investituram permissu Episcopi, a Vicario Generali obtinuerunt; Emin. et Rev. Dominus Cardinalis Columna causæ Ponens super iisdem infrascripta dubia coram se concordata, decidenda proposuit, nempe:

1. An erectio Parochialis Ecclesiæ Arinigri in Collegiatam sustineatur in casu, etc.? Et quatenus Affirmative.

2. An pariter sustineatur erectio portionum dictæ Ecclesiæ in Archipresbyteratum, Primiceriatum, Thesaurariatum, Cantoratum, et Canonicatus respective in casu, etc.? Et quatenus Affirmative.

non frui Communitatem Rivifrigidi jure tumulandi in Ecclesia Abbatiali Sancti Georgii, ac proinde non substineri dixit S. C. designationem, et constructionem cœmeterii a Municipibus factam in eadem Ecclesia, contradicente E. Abbate. In Tyburtina die 15 Julii 1820, ad 2. Dub.

(4. Ac removendas esse judicavit sepulchras lapides cum inscriptionibus a Communitate positos in constructione Cœmeterii ibi facta, E. Abbate quoad omnia reclamante, et admonuit Municipem, ut consulere conscientiæ suæ ob violatam Ecclesiæ illius libertatem. Ibid., ad 3.

Quæ per catechismum spiritualis cognatio contrahitur imperfecta dicitur, ad differentiam alterius spiritualis cognationis, quæ per verum et proprium baptismum contrahitur, quæque dicitur perfecta, et non solum matrimonium impedit contrahendum, sed etiam contractum dirimit. Ibid., § 8.

3. An, et quæ sacra insignia obtentoribus dictarum Dignitatum, et Canonicatum in Ecclesiasticis functionibus sint permittenda in casu, etc.? Et quatenus Negative ad omnia.

4. An, et sub qua pœna Presbyteris participantibus dictæ Ecclesiæ Arinigri prohibendum sit tam nuncupatio ejusdem Ecclesiæ cum titulo Collegiæ, quam usurpatio nominis dictarum Dignitatum, et Canonicatum, nec non delatio insignium in casu, etc.? S. C. rescribendum censuit. Ad 1. Negative. Ad 2 et 3. *Provisum in primo.* Ad 4. *Arbitrio Ordinarii.* Et ita declaravit, et servari mandavit. Rapolen. Die 4 Julii 1767.

(3. Proposito dubio: An Collegiata Belvederii præcedere debeat Ecclesiæ Parochiali ejusdem loci; et quæ functiones spectent ad Collegiatam, quæque ad Parochum S. C. Ad primam partem respondit: *Negative, ad 2: « Licere Collegiæ exercitium functionum consuetarum, dummodo non turbetur exercitium functionum propriarum Parochiæ S. Petri. Belveder. Die 20 Septembris 1806. »*

(4. SS̄mus Dñus Noster Pius VII. Pont. Max. supplicante Serenissimo Principe Ferdinando IV, utriusque Siciliae Rege, divisim, ac dismembratis quindecim Terris ab extensa nimis Syracusana Diocesi; Decretalibus Litteris datis idibus Septembris anni proxime elapsi Calathajeronensem Diocesim erexit a Civitate ejusdem nominis. Binæ cum ea in Civitate adessent Collegiæ Ecclesiæ, certatum est in antecessum, cuinam jus, et honor Cathedralitatis competere; verum loci comoditas dissidia composuit, et S. Juhani Templum jure, et honore præfatis excelluit. Ecclesiæ vero, cui a S. Jacobo titulus, attentata

ejusdem insignitate, nomen elargitum Basilicæ minoris ordinis, et ad statum, gradum, et conditionem hujusmodi Basilicarum evecta est. Hinc inter Capitula præfatarum Ecclesiarum dubitatum: An ex vi Decretalium literarum Apostolicarum, quibus Collegiata Ecclesia S. Jacobi Calathajeronen. ad statum, gradum, et conditionem Basilicæ Minoris evecta est, possit hæc ipsa Ecclesia Conopæum (vulgo Padiglione) et Tintinnabulum gestare, quamvis de hoc peculiari privilegio sileant Apostolicæ literæ?

Et S. R. C. supplicantibus pro hujusmodi Dubii declaratione Cathedralis Ecclesiæ Calathajeronen. Canonicis, exquisito prius voto unius ex Apostolicarum Cæremoniæ Magistris scripto tradito, præloque evulgato, ad relationem E. et R. Dñi Cardinalis Quarantotti loco E. et R. Dñi Cardinalis Litta Ponentis, censuit rescribendum. « Ad D. Secretarium cum SS̄mo. Calathajeronen. Die 22 Mart. 1817. »

(3. Facta autem per me infrascriptum Sac. ejusdem Cong. Secretarium de præmissis *Sanctissimo Domino nostro* relatione: eadem Sanctitas Sua declaravit, atque decrevit « Juxta Congregationis votum, posse Capitulum Collegiæ Ecclesiæ S. Jacobi Civitatis Calathajeronen. vigore præfatarum literarum Conopæum, et Tintinnabulum gestare; verum in iis tantum solitis, et consuetis Ecclesiasticis functionibus, in quibus non concurrat cum altero Cathedralis Ecclesiæ Capitulo, idque in Ecclesiæ ambitu, vel intra limites tantum ejusdem Parochiæ, excepta dumtaxat ab hac limitatione solemnium applicatione ab eadem Collegiata fieri quotannis solita per vias Civitatis in die festo S. Jacobi ejusdem Ecclesiæ Titularis. » Atque ita decrevit, statuit, et in posterum servari mandavit. Die 25 antedicti Mensis et Anni.

(6. Cathedra, et Solium ob Episcopi adventum in Collegiata Ecclesia suæ Diocesis erectum, illo absente, et in suam residentiam reverso, in eadem Collegiata Ecclesia retineri non licet. Bosanen. Die 26 Aprilis 1834.

S. CONGREGATIONIS CONCILII DECRETA.

(1. S. C. standum esse in decisio respondit, seu exsequenda esse decreta Episcopi Sutrii quoad erectionem Collegii Ecclesiastici in Civitate Roncilionen. omnibus juribus ad Sutrinum Seminarium spectantibus reservatis. In Sutrina Collegii Ecclesiastici die 21 Februarii 1824.

(2. In Oppido Jennazzani Parochialis adest Ecclesia S. Pauli, quæ Archipresbytero, et quatuor Beneficiatis est composita. Cardinalis Ruffus Episcopus Prænestinus iis, ut missam pro benefactoribus in genere applicarent, præcepit. Quæstionem hinc isti posuerunt superenarratæ Ecclesiæ Collegialitate, aientes Bullam deesse erectionis, deesse Apostolicum privilegium, et omnia signa deesse Collegialitatis, quum Capitulum numquam efformaverint, nec Capitulares actus exsequerint, neque massa ulla communis extiterit, nullæ quotidianæ distributiones, nullumque

residentiæ onus adfuerint. Putabant itaque Ecclesias quasi collegiales, seu speciem quamdam collegialitatis habentes, ad missam conventualem non esse adstringendas. Et revera Sac. Congregat. definire non dubitavit, de præfata Ecclesiæ collegialitate non constare; ita ut Missa conventualis pro benefactoribus in genere celebrari non debeat: Prænestina Missæ convent. die 19 April 1779.

(3. Parochialis Ecclesia S. Michaelis Archangelii oppidi Caprarolæ fuit ab Episcopo Niccola Perusio, Gregorii XIII. Pont. Max. habito oraculo, in Collegiatam erecta. Quum hæc suas peculiare haberet constitutiones, habeatque massam communem distributionum, et alias hujusmodi prærogativas; An de sua Collegialitate constaret? est S. Congreg. interrogata, et de sua utique collegialitate liquere resolvit: Civitatis Castellane Missæ convent. die 16 Decem. 1786, dub. 1.

(4. Supplicationes Ecclesiæ Collegiæ S. Petri Montis Martiani indicendæ sunt per Archipresbyterum de consensu Capituli juxta decretum Card. Episcopi anni 1781: Senogallien. die 13 Junii 1789, dub. 9.

(5. Supplicationibus, quæ fiunt per Capitulum Collegiæ Oppidi Capranicæ feriis sextis Martii interesse debere Patres Conventuales ejusdem oppidi judicio decernit S. C. Sutrina die 6 Decem. 1794, dub. 1.

(6. Mansionariam in Ecclesia Collegiata Oppidi Paleani erigi permisit Sacra Congregatio, cujus Possessor onere adstringeretur adesse Sacario, et minora officia Ecclesiæ præstare; statuit vero, quod gemini Beneficiali, qui ad prædicta officia tenebantur, annuam Mansionariæ præstarent pensionem. In Prænestina Mansionariæ die 20 Februarii 1802.

(7. Præbendarum augmentum a Canonicis Collegiæ S. Christinae Civitatis Eugubi petitum ex hæreditate Triangoli, rejecit Sacra Congregatio, et Episcopo injunxit, ut incumberet pro applicatione Missæ conventualis, sin minus referret de legitima causa. In Eugubina Præbendarum die 10 Septem. 1803.

(8. Unionem duorum Clericatum in Collegiata S. Andreae Apostoli Paleani existentium faciendam esse decrevit S. C. favore unius ex duobus Capellanis per modum provisionis cum obligatione retinendi Clericum, et quatenus hanc unionem recusarent Capellani, tum favorem unius Clerici faciendam esse statuit. In Prænestina die 28 Februarii 1807.

(9. Locum esse unioni Collegiarum Sancti Laurentii, et S. Nicolai definit S. Congregatio. In Nullius S. Edisti 11 Aprilis 1807.

(10. Declarandos esse voluit Sac. Congregatio ab Episcopo Brictinoriensi, servatis servandis, Irregulares, exceptis tamen Archipresbytero, et canonicis Personali et Gollarelli, reliquos canonicos aliosque presbyteros Collegiæ Ecclesiæ S. Mariæ in Burgo Civitellæ, qui publice celebrarunt post incursum suspensionem ab eodem Episcopo in executione resolutionum Sac. Congrega-